UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Historia De Vita, Moribvs, Rebvs Gestis, Stvdiis Ac Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct. Martini Lvtheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

I. Nuptias celebrat, proq[ue] Luth. in Paris. apologiam edit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65643

Visual Library

ANNO 1519. Poëtaſtras in Eccium concitat.

putabat iniuriam, poetaſtrorum & litteratorum gregem in Eccium concitauit, qui contumelijs, ſannis ſcurrilibus, & rhonchis exceptum inſignem Theologum petulanter exagitarunt. Quod deinceps ſolẽne fuit iſtius factionis hominibus: Vt nimirũ Theologis eruditione atq; pietate pręſtantibus, qui Lutheri machinationibus obſiſtebant, ſeſe petulanter obijcerent, morionum & ſcurrarum inſtar, eosque ſparſis paſquillis, famoſisque libellis apud omnes in odium & cõtemptum adducerent: Quibus Melanchthon etiam, vt erat litterator & poëta non inelegans, primis annis ſeſe coniunxit.

CAPVT II.

I. *Nuptias celebrat, proq; Luth. in Pariſ. apologiam edit.*

II. *Theologus ex Grammatico factus epiſtolam D. Pauli ad Rom. priuatim enarrat, illuſtratq; cõmentario, cum locis communibus.*

III. *Iudicium Lutheri de hoc genere comm.*

IV. *A Luth. in publicum emittitur cum præfat. in SS. Patres iniurioſa.*

I. Anno 1520. Nuptias celebrat.

CVM autem pro inſigni ſuo in Lutherum affectu VVittenbergę pedem figere decreuiſſet, de vxore ducenda cogitationẽ ſuſcepit. Itaq; an. 1520. 25. Nou. virginem quãdam Catharinã Crappinam Conſulis VVittenbergenſis filiam matrimonio ſibi iunxit, eaque domum ducta, deinceps familiam alere cœpit. Nondum impleuerat annum ętatis

Camer. de Mel. p. 36.

vige-